



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

313. Ut à negotiatione pœnitentes abstineant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

1. Reg. 2.

mine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?* Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expectanda secessio; ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Ut à negotiatione pœnitentes abstineant.
Ex epistola Leonis Papa.

Decreta Leonis l. c. 23.
Halitgar. lib. 3. c. 6.
Rhab epist. ad Heribald. c. 15.
Burchard. lib. 19. c. 95.

CCCXIII. Qualitas negociandi aut excusat aut arguit, quia est honestus quæstus & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est dispendia pati quàm periculis negotiationis astringi: quia difficile est inter eumentis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

Ut post depositum cingulum nullus pœnitens ad militiam secularem redeat.

Ex eadem.

Decreta Leonis l. c. 24.
Halitgar. ibid. c. 7.
Burchard. lib. 19. c. 66.

CCCXIV. Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militans Deo &c.* Unde non est liber à laqueis diaboli qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

De eadem re. *Ex Concilio Arelatensi.*

Concil. Arelat. 2. c. 25.
Burchard. lib. 19. c. 67.

CCCXV. Hi qui post sanctæ religionis propositum apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, communionem non accipiant sine pœnitentiâ, quos etiam jubemus ad cleri-